Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



urat; satis autem clarum est quia raptis aduocem tubae
obuiam domino in aera perfectis seruis illius confla
gratio mundana non noceat sitrium puerorum
mortalia adhuc corpora circumpositis ca
mini ignis tangere nequiunt; uerum
in his omnibus utilius est cuique castum
sed districti iudicis prebere conspectibus quam
de iudicii illius modo loco uedis cutere;
sane quod apostolus cum dixisset. Rapiemur
cum illis in nubibus obuiam domino in aerem sub
didit dicens. Et sic semper cum domino erimus.
Non sic accipiendum est tamquam in aere
nos dixerit semper cum domino esse mansuros
quia nec ipse utique ibi manebit quia ue
niens transiturus est. Venienti quippe
ibitur obuiam non manenti sed ita cum
domino erimus. Id est sic erimus habentes cor
pora sempiterna ubicumque cum illo fuerimus.

LXXII. De septima et octaua aetate seculi futuri.

Et haec est octaua illa aetas semper a
manda (speranda) suspiranda fidelibus quando
eorum animas xpi incorruptibilium cor
porum munere donatus ad perceptionem
regni caelestis contemplationemque diui
nae suae maiestatis inducat non aufe
rens gloriam quam exutae corporibus
a suae quaeque egressionis tempore beata
in requie perceperant sed maiore illas
gloria etiam corporum redditorum accu

mulans in cuius continuatae et non interrup
tae beatitudinis typum moses cum sex illos
dies primus quibus factus est mundus alu
ce et mane inchoatos ad uesperam termina
tos dixisset. In septimo quore quie uit dominus
ab operibus suis solius mane. Non autem
et uespere fecit mentionem sed cuncta quae
de eo commemoranda putauit aeternae
requiei et benedictionis luce conclusit
quia sicut et supra meminimus. Cuncte
huius saeculi aetatis sex in quibus iusti
domino co operante bonis operibus insistunt
ita sunt superna ordinatione disposi
tae ut in primordiis suis singulae ali
quid laetarum rerum habentes non par
uis erumnarum tenebris pressurarumque
consumantur; requies uero animarum
quam pro bonis operibus in futuro seculo percipiunt.
Nulla umquam curae alicuius anxietate
turbata deficiet. sed ubi tempus iudicii et
resurrectionis aduenerit gloriosiore
perpetuae beatitudinis perfectione com
pleditur. Conparatur his aetatibus sacra
tissimum dominicae passionis sepulturae
et surrectionis tempus. Legimus enim
scribente euangelista iohanne quia ihesus
ante sex dies pascae uenit bethaniam
ubi deuotae mulieris officio iudicis
offensus prodidit eum sacerdotum princi
pibus. In crastinum autem ipse ueniens in asino